litteras meas sed quod adhuc rescribtu
non meruit. Nequaquam inputa
verim dilectioni tuae aliquid pro
culdubio inpedimenta fuit. Unde ag
nosco dominum a me potius deprecandum
ut tuae voluntati det facultatem
mittendi quod rescribseris. Nam
rescribendi iam dedit quia cum vo
lueris facillime poteris. Etiam
hoc ad me saepe perlatum e utrumqui
dem crederem dubitavi sed hinc
quoque tibi aliquid utrum scribere
dubitare non debui. Hoc autem breve
est suggestum caritati tuae a certis
quibusdam fratribus mihi dictum est quod
librum adversus te scribserim Romae
que miserim. Hoc falsum esse noveris;
Deum nostrum testor hoc me non fecisse;
Sed si forte aliqua in aliquibus scribtis
meis repperiuntur in quibus aliter aliquid
quam tu sensisse repperior, non
contra te dictum sed quod mihi vide
batur a me scribtum esse puto te debe
re cognoscere. Aut si cognosci non po
test scire debere. Ita sane hoc
dixerim ut ego non tantum paratus sim
sim si quid te in meis scribtis moverit
fraterne accipere. Quod contra
sentias aut de correctione mea aut
de ipsa tui benivolentia gratulaturum.
Verum etiam hoc a te postulo ac fla
gitem; O si licuisset et si non coha
bitare saltem vicino te in domino
perfrui ad crebrum et dulce conloquium
sed quia id non est datum, peto ut hoc ipsum
quod in domino quoquo possumus simul si
mus conservari studeas et augeri
ac perfici et scribta quamvis rara
non spernere. Saluta obsequio meo
sanctum fratrem Paulinianum et omnes
fratres qui tecum ac de te in domino glori
antur. Expl.

XIIII SCS HIERONIMUS AD BEATU AUGUSTINU

Domino vere sancto et bea
tissimo pape Augustino
Hieronimus in domino salutem.

In ipso profectionis articulo sancti fili
nostri Asterii hypodiaconi beatitudi
nis tuae ad me litterae pervenerunt
quibus satis facis te contra parvita
tem meam librum Romae non misisse.
Hoc nec ego factum audieram, sed
epistulae cuiusdam quasi ad me scrib
tae per fratrem nostrum Sisinnium diaconum
huc exemplaria pervenerunt. In qua
hortaris me ut ΠΑΛΙΝΩΔΙΑΜ
supra quodam apostoli capitulo canam
et imiter Stesicorum inter vitupera
tionem et laudes Helenae fluctuan
tem; ut qui detrahendo oculos per
diderat laudando reciperet;
Ego simpliciter fateor dignationi
tuae licet stilus et epicirematadtu
a mihi videret. Tam non temere
exemplaribus litterarum credendum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0171